

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.****Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 146v–147r

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 32

[32] XXXII<sup>a</sup>

Si<sup>b</sup> aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, qui sic queruletur cum proloquutore: [<sup>c</sup>] “Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit intra municipalia vel infiscata <<sup>seu</sup> strata <sup>d</sup>> regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in bonis meis, et me vulneravit, dum pacem in me confregit. Tunc ego vidi ipsum in persona propria et proclamavi ipsum cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo eum mittere sed eum volo vincere per eos, qui clamorem meum audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quomodo hoc probare debeam, ita ut michi proficiat in meo iure”. Extunc satisfacionem adversarius rectam petat pro hac querimonia, et dicat se de facto innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit, facilius eum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere |cum testimonio <sup>e</sup>| possit. [k. 147r] Si, ut iuris est, probaverit testimonio, illi solvet collum, si est homicidium, vel ad manum, si vulnus est monomachale, cum ad iudicium ipsum cum manifesto facto deduxerit. [<sup>c</sup>] Pro teste potest quivis vir alteri <<sup>testes</sup> <sup>f</sup>> astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et fratre, et filio et mercenario.

<sup>a</sup> w ramce; <sup>b</sup> ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; <sup>c</sup> znak rozpoczynający nową sekcję; <sup>d</sup> nadpisane, zapewne ręką komentatora B; <sup>e</sup> skreślone ręką autora podstawy; <sup>f</sup> na prawym marginesie, obwiedzione czerwoną ramką

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]